

A 231
4

Hist.

III. C. 3.

27

ll

DE
PASTORIBVS ET DOCTORIBVS
AD EPHES. CAP. IV. COMM. II.
SCHEDIASMA

QVOD
VIRO MAXIME REVERENDO, EXCELLEN-
TISSIMO AMPLISSIMO QVE

D O M I N O

M. ROMANO TELLERO,
SS. THEOL. BACCAL. ET AD D. THOMAE
LIPS. DIACONO MERITISSIMO,

EO, QVO

THEOLOGIAE PROFESSORIS
PVBLICI EXTRAORDINARII MVNVS
IN ACADEMIA LIPSIENSI

RITE OBLATVM,

PROGRAMMATE ATQVE ORATIONE
SOLENNI
AVSPICABAT VR

DIE, NEMPE D. XVII. IVL. MDCCXXXVIII.

ANIMO GRATVLABVndo ATQVE DEVOTO

EX HIBET

COLLEGIVM HOMILETICO - PRACTICVM,

QVOD SVB

IPSIUS VIRI MAXIME REV.

D N. M. T E L L E R I
PRAESIDIO FLORET

INTERPRETE

M. GOTTLLOB PERSIGKIO, KIRCHHAINA-LVS.

SS. THEOL. STVD.

LIPSIAE, EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

DE

PASTORIAS ET DOCTORIAS

UD EBH. CAR IA COMUNI

SCHEDIASMA

400

ALIO MAXIME REVERENDO EXCITEN-

TISSIMO AMPLISSIMO

DOMINO

MROMANO LETTERO

SS. THEODORACCE ET AD D. THOMAE

IPS. DIVICONO MERITISSIMO

20. 90.

THEOLOGIE PROFESSORIS

PATRI EXTRADIDICARI, HANNAE

IN ACEDIA ET IPSIENSIS

PROGESSUM ATRIA ORATIONE

SORGENTI

VASTIGIABAT AR

DILECTISSIMA D. AII IAI MDCCLXXVII

COTTEGIAN HOMMELICO PROOIGAM

EX SICCI

400. 500.

1621 AII MAXIMA REX

DN. M. T. E. F. R. I

TRAVSIDO, ERORES

INTERPRES

W. GOTTLICB PIRSIGRIDI, RICCIUANI-LA.

THEOD. 400.

1651 AII. IX OLLICIS, ENDERHINEMIANA

MAXIME REVERENDE,
EXCELLENTISSIME AMPLIS-
SIMEQVE,

PATRONE ATQVE PRAECEPTOR
OMNI PIETATE AETERNVM COLENDE,



Euerentia erga TE, VIR MAXI-
ME REVERENDE, ducti
non possumus non, quum TE,
nouum munus publicum oratio-
ne solenni auspicari videamus, ma-
xima exultare laetitia. TE enim
Ecclesiasten quidem suum dignis-
simum, doctoremque et strauissi-
mum et grauissimum pro rostris sacris verba facientem
dudum veneratur coetus purior Lipsiensis: a TVO quo-
que ore dulcissimo studiosa iuuentus cum in aedibus
sacris, tum in scholis domesticis pendet frequentissima;
sed hodie quoque TE diuinitus per summum potentis-
simumque harum prouinciarum magistratum, professo-
rum subsellia doctorumque cathedram occupantem non
sine summo gaudio et admiratione adspicit et in finum
suum recipit academia. Sic virtutes TVAS eximias,
sic eruditionem, qua polles, exquisitissimam, quotquot
TIBI dant operam, venerantur, summiq[ue] rerum sacra-
rum iudices digna meritis TVIS praemia statuere no-
runt.

runt. Nolo idcirco in laudes TVA S exspatiari, multisque TE celebrare encomiis, ne obscurare magis viderat merita TVA, quam illustrare, quum et Illustres, et Magnifici et Summi viri ea iam maxima esse cognoverint atque experti fuerint. Id tamen abs TVA humanitate petimus, qui TVO praesidio grauissimo in exercenda Theologia Homiletica fruimur, vt liquido nobis ad vnum fere omnibus liceat fateri ore: nos multam omnino, quantam quisque pro ingenii sui modulo capere potuit, doctrinam, si a Deo discesseris, TIBI debere acceptamque ferre. TE enim Praeceptore vsi sumus in Theologia Exegetica, quin et Dogmatica, TE ducem veneramur in morali et Homiletica, TE denique et orationum sacrarum viuum exemplar, et nostrarum, quas in collegio TVO, vti dicitur Homiletico Practico habemus, aestimatorem propensissimum omni pietate colimus, semperque, dum Deus hanc concesserit vitam, colemus. O vtinam ergo sufficerent vires, quibus mentem nostram gratam, quam erga TE habemus, satis declararemus! Et o vtinam ego nostri erga TE affectus obseruantissimi pignus quoddam nomine TVO vel quodammodo dignum exhibere possem! Sed virium mearum tenuitatis maxime mihi conscius rogo, vt ne hoc, quod nomini TVO excellentissimo inscribere ausus fui, schediasma de pastoribus et doctoribus pro TVA erga me benivolentia plane singulari, in malam interpreteris partem. Vides statim, VIR MAXIME REVERENDE, vnde huius materiae occasionem arripuerim. Sunt enim viri doctissimi, qui per ποιητας (Eph. IV. ii.) ministros Ecclesiae intelligunt, per διδασκαλος autem scholarum doctores. Et cum sero paullulum ad

ad nostras perueniret aures, TE ex mandato Regio Professoris munus proxime cum ministerio Ecclesiastico coniuncturum esse, statim illud menti meae obuer-sabatur dictum, quod etiam breuiter tractandum sumsi. Non scriptum, sed mentem potius respicias Nominis TVI obseruantissimam, iterum iterumque rogo. Ceterum humillimus Deum imploramus precibus, vt pro gratia sua atque sapientia, qua TE ad nouum munus euexit, nobisque pastorem et doctorem dedit, TE quoque firmis semper animi corporisque viribus exornatum conseruare velit, quo coniuncto huic officio in totius Ecclesiae salutem, in academiae splendorem, et in omnium auditorum TVORVM emolumentum familiaeque TVAE aestumatissimae solatium quam diutissime praeesse possis. Paucis! Seruet TE Deus saluum, ex intimo corde opto, vt vero fauori TVO TVAE que benevolentiae totum collegium meque in primis commendatum habere velis, valde rogo, qui aetatem permansurus sum

NOMINIS TVI

Lipsiae d. XVI. Jul.

anno XXXVIII.

obseruantissimus

M. GOTTLLOB PERSIGK.



Vodus filium Dei dilectissimum, qui nostrae
salutis caussa in mundum missus erat, vel
vno insignimus nomine, eumque ipsum
Christum nostrum nuncupamus, vocamus
eum et sacerdotem nostrum summum et
prophetam maximum et Regem clemen-
tissimum. Hoc triplex ipsius erat officium,
quod duin θεάνθρωπος noster in his versaba-
tur terris ipse secundum voluntatem Dei, modo perfectissimo ex-
sequutus fuit adeo, ut ne quid supra cogitari possit. Hoc ipso ac-
quirebat sibi sanguine suo coetum proprium, hunc regnabat, ho-
dieque regnat, hunc doctrina coelesti instituebat, atque huc dum,
etiam si non ipsa sua sanctissima praesentia visibili, sed medianibus
personis ad oeconomiam suam administrandam aptis riteque et
diuinitus vocatis instruit. Vti enim, postquam totum, quod su-
scepserat, mediatoris opus consuminauerat, et cruci affixus, mor-
tus et e mortuis resuscitatus fuerat, in coelos unde venerat,
victor et triumphator gloriofiss. adscensurus, fidum se clemen-
temque nobis praebebat propitiatorem atque Ecclesiae suae iam
iam acquisitae et ad partem collectae, sed adhuc etiam conuoca-
ndae ministros fidos ordinabat: ita nec minus hodieum do-
mui suae de pastoribus prospicit et doctoribus, per quos in-
primis munus suum propheticum continuat, animasque de re-
bus ad salutem pertinentibus, instruit. De his qui in scriptis
N. F. pastores et doctores vocantur, bono cum Deo, pauca
edifferemus arrepta occasione ex loco Ephes. IV. ii. vbi verba
ita fluunt: Καὶ αὐτὸς ἐδωκε τὴς μὲν ἀποσόλες, τὴς δὲ προφήτας,
τὴς δὲ ἐναγγελιστὰς, τὴς δὲ ποιμένας καὶ διδασκαλές. Et idem
(Christus) dedit alios quidem Apostolos, alios autem Pro-
phetas, alios Euangelistas, alios autem Pastores et Doctores.

Haec quidem verba, si intra contextum conspiciuntur,
continent in se probationem propositionis v. 7. quod uniuic-
que homini Christiano dentur dona sanctificantia secundum
mensuram donationis Christi. Haec nempe dona Christus in
carne obambulans quidem ipse distribuit hodieque donat, sed
tunc immediate nunc mediate per ministerium verbi et ad-
mini-

ministrationem sacramentorum; specialiorem vero huius ver-
siculi, extra contextum considerati, scopum facile perspicit
quispiam, docet nimurum Paullus: quod Deus certos ministro-
rum sacrorum gradus et ordines constituerit, atque eosdem do-
nis admodum variis exornauerit administrantibus, nempe alios
dono personam apostoli gerendi, alios prophetarum munus
subeundi, alios Euangelistarum officio rite fungendi, alios de-
nique Ecclesiarum, et in iis animarum concredictarum curam
gerendi. Loquitur itaque h. l. Paullus de donis administranti-
bus scil. verbi diuini ministris concessis, quorum iterum multi-
plex et diuersa est ratio. Sed omnia haec diuersa ~~χριστιανα~~
commode in duas dispescuntur classes, quando ad alteram re-
feruntur, illa Spiritus S. dona singularia, quae extra ordinem et
sub certis tantum conditionibus ecclesiae necessaria erant: ad
alteram dona ordinaria, quae coetui Christi omni tempore,
omni loco, et quacunque conditione sunt plane necessaria, et
sine quibus ecclesia nullo modo persistere potest. Huius fa-
cili negotio perspicitur distinctionis veritas; cum nulla fere
res sit, quae non ita variantibus circumstantiis, diuerso etiam
modo consideranda veniat. Dona itaque singularia et extra
ordinem a Deo data c v m sub oeconomia Vet. T. necessaria
erant, quando vnius veri Dei cultus inter Iudeos constituendus
et per aliquot secula contra ingruentem vicinorum ido-
lolatriam defendendus erat, t v m sub initio N. F. vt auctoritas
Apostolorum stabiliretur et Ecclesia Christi plantaretur.
Adeoque etiam a Deo viris sanctis et ~~θεοφίστοις~~ dispertrieban-
tur, nempe Prophetis vtriusque foederis, et Apostolis et Evan-
gelistis N. T. Quae vero in altera collocaimus classe, ea etiam
hodienum gratia diuina ministris Ecclesiae largitur et largiatur
necessè est, nempe in primis donum verbum diuinum praedi-
candi et sacramenta administrandi, quippe sine quo ecclesia
consistere non potest. Rom. X. 14.

De Prophetis V. T. aliiquid dicere iam nil attinet, quorum
ultimo eumque Canonicum Malachiam fuisse, multi demon-
strarunt. a) Desisse autem variantibus adeo circumstantiis

a) v. Carpzouii. Introd. ad LL. bibl. V. T. P. III. c. 18. p. 453 sqq.

VIII

non modo cum Apostolis immediatam ἐλληνιστικὴν viris θεοπνεύ-
σος concessam; sed etiam cum ea Apostolos et prophetas N. T.
et Euangelistas viros extra ordinem a Deo positos, nemo fere
est qui dubitat; mansisse autem Pastores et doctores eosque or-
dinarios verbi diuini ministros, inde certo concludimus. Sed
necessere esse existimo, ut paulo penitus, quantum instituti nostri
ratio permittit, in rem inquiramus, atque vniuerscuisque voca-
buli, cuius mentionem iniicit Apostolus, notiones euoluamus,
quo eo felicius in nostro progredi possimus proposito.

Inter ministros Ecclesiae non semper visitatos principem
omnino locum obtinent Απόστολοι, qui erant nuncii atque le-
gati singulares (Luc. VI, 13.) a Christo ipso immediate electi ac
vocati (Act. I, 24, 26. IX, 6.) potestate magna (Io. XX, 12.)
peculiarique dono Spiritus S. doño linguarum et miraculo-
rum Act. II, 4. instructi, in omnem missi orbem ad praedi-
candum Euangeliū et ad regnum Christi fundandum et con-
firmandum (Marc. XVI. Matth. XXIX, 19.) nulli loco certo et
coetui adstriciti. Hoc sensu strictiori si vox sumatur, non nisi
duodecim Christi discipuli, et Paullus, sub Apostolorum nomine
intelligi debent; b) quodsi autem vox τῶν ἀπόστολών sensu latiori ac-
cepatur, in censum apostolorum veniunt non solum discipuli
LXX. sed et Timotheus et Titus et alii 2. Cor. VIII, 23. Et hoc
sensu latiori optime definiuntur ab Excellentiss. Moshemio: c)
quod sint doctores illi extraordinarii, quibus certi non com-
missi erant coetus.

Apostolos proxime in loco nostro Paullino excipiunt
προφῆτας N. F. atque hi quoque erant homines extra ordinem
a Deo commoti et vocati dono que vaticinandi et futura praed-
icandi instructi. Sunt omnino plurimi iisque Theologi maximi
qui latiori sensu donum illud propheticum in scriptis N. T. nem-
pe de dono εργασίας sumi debere doctissime docent; sed cum
1) nullam videamus necessitatem, cur a proprio et frequentiſ-

b) Vide de Praerogatiis Apostolorum fusorem pertraditionem in
Burmanni Exercit. Acad. P. II. p. 104. breuem in Balth. Bebelii
Antiquitatis Eccles. Art. II. pag. 7. §. 2.

c) in Instit. Hist. Eccl. N. T. P. II. Sec. I. c. II. §. 2.

simo vocis προφητείας significatu recedamus, cum 2) notum sit,
quod etiam in primitiuā adhuc Ecclesia tempore apostolorum
superstes fuerit vaticinandi donum; cum denique 3) vox προφητείας
in locis Scr. sacrae N. T. semper ponatur inter dona ex-
traordinaria, non possum non commoueri, ut credam, pro-
phetas etiam h. l. esse doctores dono extraordinario, spiritu nein-
pe vatidico praeditos.

Prophetas insequuntur 3) Εὐαγγελισμοί. De his, si fatendum
quod res est, possunt omnino sub hoc nomine omnes ministri
Ecclesiae, qui laetum de Messia, saluatore nostro aut ore aut
scripto nuntium afferunt, intelligi. Multi enim Euangelistarum
nōmine veniunt, in sacro codice N. T. Sed an iis omnibus do-
na extraordinaria tribuenda sint, nec ne, valde disceptatur. Cum
vero hoc loco ab Apostolo Paullo distinguantur a doctoribus et
Pastoribus, qui et sacramenta administrare et legem et Euange-
lium praedicare debent, merito hoc in loco quatuor illos viros
θεοπνεύστας qui res Salvatoris gestas calamo et scriptis consigna-
runt, intelligimus, in quibus inusitati quid videri licet. Sed nec
iis aduersabimur, qui statuunt, ad quosdam Christianorum coetus
primitiuos missos fuisse Euangelistas, eosque donis singula-
ribus a Deo exornatos, vt, quorsum Apostoli temporis angustia
exclusi venire non poterant, ibi hi fidem praedicarent atque
gentes ad Christum vi prorsus diuina conuerterent. *)

Sed derelictis his extra ordinem a Deo datis doctoribus,
ad ministros ecclesiae in N. T. ordinarios, qui sunt Doctores a
Deo mediata vocatione ad publice praedicandum verbum diu, et
ad administranda sacramenta rite instituti, quibus Ecclesia nullo
modo carere potest, progredimur, quos Paullus vocat παικτας
και διδασκάλας. Hi quomodo ab extraordinariis doctoribus
diferant facile perspicitur, si ea, quae de quovis doctore extraor-
dinario speciationi dicta sunt, perlegerimus et considerauerimus.
In eo equidem conueniunt omnes, quod 1) a Christo vocati
fuerint: quod 2) sine Christi auxilio nil valeant, sed omnia ex
plenitudine Iesu quaecunque ad aedificationem agant, accipere
debeant, quod 3) omnes et singuli spiritualia trahent, eundem
que fine in ad lucrandas Deo hominum animas, ad easdem con-

B firmantur.

*) Vid. Seb. Schmidii Coll. bibl. post. p. 287. seqq.

firmatidas corroborandas et conservandas habeant; quod 4) de
nique omnes sub potestate Dei sint neque alter dominari
debeat; sed cum Apostoli, Prophetae et Euangelistae immedia-
te a Christo vocarentur, donisque plane extraordinariis *ἀριστών*
a Spiritu S. donarentur erroris omnis in proponendis rebus ad
salutem pertinentibus expertes fallique nescii; hi contra pasto-
res ordinarii mediate per apostolos vocarentur, hodieque per
totam Ecclesiam vocentur, et scientiam theologicam magno
studio et labore sibi acquirere debeant, neque tamen ita perfe-
cti reddantur, ut plane sint infallibles, qualem se tamen fastu
spirituali pestilentique quodam sidere afflatus falso, impiissime
et sine omni fundamento iactitat Anti Christus septem monti-
bus insidens: cum denique illi desierint, hi vero necessario per-
manerint, et quae sunt alia: videmus non tam in re ipsa, quam
in circumstantiis quibusdam differre doctores extraordinarios
et ordinarios nempe *ποικίλες καὶ διδάσκαλοι*.

Quinam ergo sunt illi ordinarii *ποικίλες καὶ διδάσκαλοι*? Non curabimus iam varias harum vocum apud scriptores pro-
fanos significaciones, sed eas tantum, quae ad nostrum faciunt
institutum ex Scriptura sacra proferre, sufficiat. Nomen autem
ποικίλη et *ποικίλεν*, cui Ebraicum *רְאֵשׁ* et *רְעֵה* respondet, quid
proprie significet, omnibus satis constat, nempe denotat pasto-
rem, qui gregem suum novit, ducit, alit, potat, tuetur, etc. quo
significatu proprio saepius in pandectis sacris occurrit: deinde
sensu figurato saepissime etiam in Scriptura sacra transfertur ad
eos, qui aliorum gerunt curam, iisque de vitae vel temporalis vel
spiritualis necessariis sollicite prospiciunt, eos ducunt, regunt,
alunt, custodiunt etc. Sic, vti bene docet Stockius d) sumitur
1) de magistratibus, qui populum regunt v. g. 2. Sam. V, 2. vbi de
Dauide Rege, altera vice vnguendo, verba Dei repetuntur,
רְאֵשׁ הַמִּשְׁנֶה pasces i. e. reges populum meum eumque cu-
stodies. coll. Ps. LXXVIII, 71. Et in N. T. non equideem de
Regibus temporalibus, sed tamen spiritualibus occurrere mem-
ini Apoc. II, 27. vbi iterum regere denotat 2) de Christo re-
spectu totius officii suauissimi mediotorii. Ps. XXIII, 1. Ezech.
XXXIV,

3) in Clave linguae sanctae sub voce רְעֵה.

XXXIV, 23. XXXVII, 24. Io. X, 16. 1 Petr. II, 25. Matth. XXVI, 31. Ebr. XIII, 20. Apoc. VII, 17. 3) de Doctoribus Ecclesiae, qui animas sibi concreditas doctrina et sacramentis paſſunt Ies. LXI, II. LXIII, II. Ier. II, 8. III, 5. Io. XXI, 16. Act. XX, 28. 1. Petr. V, 3. Haereo autem, dum locum Ier. II, 8, perlego et non sine ratione הַתּוֹרָה הַנְּפָשֶׁת apprehendentes vel potius tractatores legis i.e. totius doctrinæ a Deo reuelatae a נָשִׁים pastoribus distingui existimo. Et si ministros Ecclesiae V. T. respicio, extra omnem dubitationem per pastores illi intelliguntur doctores seniores, qui equidem doctrinam Dei tractabunt, sed simul synagogarum pastores et quasi p[ro]aepositi erant, ut gregem omni sapientia regerent, et omni cura tuerentur. Quare hanc prudentiam, hanc curam deseruisse dicuntur officii sui parum memores pastores, qui sua tantum curabant, populum autem negligebant. Ies. LXI, II. cum contra alio loco Ier. III, 15. se pastores daturum esse promittat Deus כָּלֵבִים τὸν καρδιῶν ἀυτῶν, Act. III, 22. in quibus bene placitum est domino: pastores, qui omni sapientia regerent gregem, et in vera doctrina tuerentur. Per Doctores autem h. l. illi Ecclesiae Iudaicae ministri sine dubio indicantur, qui itidem plebem docebant, legemque et Euangelium explicabant, sed tantam non habebant auctoritatem, ut populum regerent. Attamen valde dubitatur an ad h. l. ea applicari possint.

Vox διδάσκειν, denotat docere, vnde διδάσκαλος et διδάσκιος, qui doctus qui institutus fuit, atque in doctrina studio suo ita profecit, ut habitum sibi acquisiuerit, aliosque iterum edocere queat. Sic Latinis διδάσκαλος est tractator et magister. Differt autem διδάσκειν a verbo οὐρανοῖς et Εὐαγγελίζεσθαι, ut λόγος et διδασκαλία 1 Tim. V, 17. vbi prius significat plantationem Euangeli, alterum vero rigationem h. e. institutionem vteriorem adhortationem et confirmationem, quae superadduntur plantationi fidei. e) Atque hinc inde etiam vocem διδασκάλος facile ἀπό τῆς Εὐαγγελίζεσθαι distingue-re possumus. Haec vox saepius in Scr. S. N. T. adinuenitur, et usurpat, 1) de Christo saepissime Matth. VIII, 19. IX, 1. XII, 39. XXVI, 18. Luc XVIII, 18. Io. III, 2. XIII, 3; qui nempe promissus

e) vid. Burmanni Exercit. Acad. disp. XVII. p. 235.

XII

ille erat ~~διδάσκαλος~~, in quo omnes reconditi erant omnis sapientiae et omnium scientiarum thesauri, cui Iehouah dederat ~~לְמַרְיָן~~ Ief. L, 4, f) linguam doctorum i.e. donum officii mediatoris non solum importans eloquentiam summam, sed etiam prudentiam loquendi quando et quomodo loqui oporteat.

2) de ordinariis Ecclesiae Iudaeae in ministeris Luc. II, 46. Io. III, 10. hi erant ~~διδάσκαλοι~~, qui dogmata fidei et morum tum in thesi tum in antithesi proponere debebant. Et tales etiam esse debent M. E. nempe ~~διδάκτοροι~~ 1. Tim. III, 2, qui habeant habitum practicum in veritatibus theologicis, easque solide, et perspicue ex Scr. S. proponere, confirmare et contra omnes obiectiones defendere valeant.

Vidimus notiones vocabulorum τῶν ποιέαν καὶ διδασκάν; inquiramus nunc etiam, an et quomodo h. inter se differant realiter? Hoc dum cogitamus magnum omnino inter se dissentientium sententiarum conspicimus campum. Sunt enim 1) viri docti, qui cum Ambroso per Pastores intelligunt Doctores, per doctores Exorcistas, aut eos, qui litteris et lectionibus pueros imbuere solebant. Sic enim Pastores, inquit Ambrosius, sunt et possunt esse lectores, qui lectionibus sagiment populum audiensem, qui non in pane tantum vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Magistri vero Exorcistae sunt, quia in Ecclesia ipsi compescunt et verberant inquietos, siue hi, qui lectionibus infantes solebant imbuere, sicut mos Iudeorum est, quorum traditio ad nos transiit fecit, quae per negligentiam obsoleuit. g) In huius non nisi quidam Doctores Pontificii eunt sententiam, fortassis eam ab ea sumam, quia in Ecclesia Roman. semper adhuc ministrorum Eccles. inter quos etiam Exorcistae sunt, ordines, exceptis tamen maioribus Episcoporum, Archiepiscorum, Patriarcharum, Cardinalium, et Papae ordinibus, statuuntur nempe ordines Janitoris, Lectoris, Exorcistae, Acoluthi, Subdiaconi, Diaconi et Pastoris s. Presbyteri; cum vero haec sententia nullo fundatur argumento solidi, inerito a nostris tribus reicitur 2) alii et complures nostrorum Theologorum per ποιέας, ordinarios vid. Stockii Clavis sibi voce. ב' p. 880. ^{ל' p. 880. _{ל' p. 880.}}

g) in Comment. supra Epist. Pauli Edit. Basil. fol. 1538. pag. 347.

*) Vid. Schmidij Coll. bibl. cl. bio. A. 1538. 1. inservit. biv. (3)

Ecclesiae ministros significari existimant, quibus cura h) gregem domini ministerio verbi diuini et sacramentorum regendi commissa fuerit; διδασκάλες autem ad scholas adstringunt, adeo, ut ibi veritatis coelestis professores et iuuentutis erudienda informatores egerint. Pastores Ecclesiae praefuisse et etiamnum praesesse, nemo dubitat; sed an tempore Pauli iam scholae et in iis peculiares iuuentutis praceptoribus constituti fuerint, omni iure valde dubitatur: vt adeo quae pro sententia sua stabilenda viri doctissimi proferunt testimonia ex posteriorum seculorum scriptoribus desumpta, vix probent, quod probare debent. Prouocant nimirum ad Eccles. Antiochenam Act. XIII, 1. scholamque Alexandrinam, in quibus fuisse dicunt doctorem Ammonium, Pantaenum, Clem. Alexandrinum, Origenem etc. aliosque, qui omnes quidem docuerint, nec tamen Pastorum munus gerere debuerint, ita, vt, cum Origenes aliquando se immiscere voluerit officio Pastorum, maxime reprehensus fuerit tanquam ἀλλοτριοεπίσκοπος, vti tradit Nicephorus. i) sed hic iterum distinguendum est inter tempora Apostolorum, vbi nondum sedem habebat fixam Ecclesia, et inter tempora, quibus iam vires sumserat. Hae enim scholae longe erant recentiores, quam vi in scriptis Pauli locum habere possent k)

3) *Theophylactus*, Bulgariae Archiepiscopus, nomine Pastorum Presbyteros et Episcopos; doctorum vero diaconos et quoscunque Ecclesiae ministros intelligit; sed deinde tamen nil fere certi definitius videtur, dum dicit: poteris intelligere. etc. l)

4) Alii denique, vt breviores simus, sunt, qui has voces pror

29 antiquas. Deinde minus. B. 3 sus
h) Vid. Carpouii progr. Lips. quod recensum extat in Sylloge I.

progr. Dn. M. Gabr. Terre pag. 731. seqq.

i) Libr. V. c. 14. Histor. Eccles.

k) Vid. Franc. Burmanni Exercit. academ. P. II. pag. 233.

l) in Comment. in Epist. Pauli edit. London 1636. fol. ad h. l. pag.

536. ita scribit: τὰς τὰς ἐκκλησίας ἐγκεχειρομένας λέγει (Παιδίας) τὰς ἐπικοπές, οἷος ἦν Τιμόθεος, Τίτος καὶ οἱ ταῖτοι. Δύνασαν δὲ ποιεῖν αὐτοὺς τὰς πρεσβυτερές, καὶ ἐπικοπές νοῆσαι. διδασκάλες δὲ καὶ τὰς διακόνους: καὶ γάρ καὶ ἔτοι τὴν καθαρικὴν τάξιν εὑρίσκεται λόγος καθαίρεσι πάντως.

fus synonymicas esse asserunt. Inter patres hanc sententiam variis argumentis tuerit Hieronymus. m) Ex Theologis nostratibus idem statuunt celebr. b. Io Fr. Buddeus in Ecclesia Apostolorum pag. 630. et clariss. Wolfius in curis Philolog. ad h. l. pag. 93. Ex Reformatis Henr. Hammondus in N. T. in h. l. pag. 117. Braunius in doctrina foederum pag. 632. 634.

His ita comparatis atque a me perspectis in biuio quasi haerebam, quam eligere praestaret sententiam ignarus, iis vero altius ad animum reuocatis, eorum sententiae calculum adiicere commouebar, qui per πειράντας et διδασκάλας easdem personas eiusdem ordinis Ecclesiastici denotari tueruntur: intelligi nempe per Pastores et Doctores existimo, ministros Ecclesiae ordinarios, qui et verbum Dei publice priuatimque docent et sacramenta rite administrant, quales tempore Apostolorum vocari et constitui incipiebant Presbyteri et Episcopi, quorum utrumque et Episcoporum et Presbyterorum (quae duo etiam nomina vnam personam denotant e. g. Tit. I, 5. 7.) erat docere et sacramenta administrare. Sequentibus autem imprimis argumentis in hanc mentem sum adductus: quod Paulus α) extraordinarios doctores Apostolos, Prophetas et Euangelistas notanter et aperte per articulum et particulam τὸν δὲ τὸν δὲ; pastores vero et doctores non ita distinguit, sed coniungat τῷοὐ τῇγνητιμα, quo indicat sane: duo nomina vnius eiusdemque omnino esse muneris.

Accedit β) quod vox figurata ποιῶν antecedat, quam propria statim explicat διδασκάλος. Notum autem est, saepius et in primis in Psalmis Davidis et in scriptis prophetarum voces occurrere metaphoricas, easque paullulum tectas, quae per claras statim infequentes explicantur. Deinde supra ex Luc. II, 46. et Ioh. III, 10. vidimus, per διδασκάλας ordinarios generaliter denotari Ecclesiae Iudaicae ministros. Nil magis γ) probat,

m) in Operum Parif. 1706. Tom. IV. pag. 364. his vtitur verbis: Nec vero putandum, quod sicuti in superioribus tribus, alios dixit, esse Apostolos, alios prophetas, alios Euangelistas: ita et in pastoribus et magistris officia diuersa posuerit. Non enim ait: alios autem pastores et alios magistros etc.

bat, quam loca S. sacrae s. parallela; nunc autem huius dicti locum parallelum habemus, nempe i. Cor. XII, 28. hic vero idem A postolus Paullus ministrorum Ecclesiae ordines iisdem fere describit verbis, de pastoribus autem non nisi vna voce τοις διδασκαλοις, ut adeo sub hoc quoque nomine Pastores comprehendantur, virtutis coll. Rom. XII, 7. quos doctores Ebr. XIII, 17, 24. vocat τοις ιησουνεσ, aliis autem locis τοις επικοπεσ και πρεσβυτεροσ. Tit. I, 5, 7. Act. XX, 17, 28. Phil. I, 1. 1. Tim. III, 2. Quod autem διάνοοι ab his distincti fuerint ministri, nemo fere est qui dubitat. Neque etiam Paullus, 1. Tim. V, 17. addit, τοις κοπιοντος εν ποιμανι sed tantum εν λόγῳ και διδασκαλοις ubi vox prior angustiorem, posterior vero latiorem habere significatum supra dictum fuit.

Obseruemus etiam d) quod illa distinctio realis inter nomina pastoris et Doctoris, quando per Pastorem minister Ecclesiae, per doctorem, doctor scholae intelligitur seculo demum post natum Christum secundo inualuerit, ut adeo hanc minime indigitare potuerit Paullus.

Et e) denique cogitemus quaeſo? an fingi aut concepi possit Pastor σπεδάτος ἐντὸν δέκιμον, παρεσῆσει τῷ θεῷ, ἐργάτην αὐτοπασχυτον, qui non sit διδακτικός, 2. Tim. II, 24. vt possit ορθορεψιν τὸν λόγον της αληθείας et qui non sit εργατης και εξετισμένος etiam πρὸς διδασκαλούς 2 Tim. III, 16. Ut recte adeo iudicet Hieronymus: n) non debere quemquam in Ecclesiis, quamvis sanctus sit, pastoris sibi nomen assimilare nisi possit docere, quos pascit.

Ceterum, quod neutiquam S. sacrae ταυτολογίας vitium adſingamus, cum ne vnicam contra vocem fruſtra positam eſſe in S. sacra mente deuotissima maximaque veneratione ſta- tuamus, paucis nos vindicabimus.

Namque etſi ποιμένας και διδασκαλοις easdem vnius ordinis personas eſſe ſtauamus, noſtra tamen mens nequaquam eſt, vt putemus: in hoc ſuo officio vnius tantum rei administrationem habere. et in vnicō tantum negotio occupatos eſſe debere M. E. ſed varia, vti in collegiis fidei dogmaticis edocemur, varia omni- no huius ministerii Ecclef. ſunt officia, variae ſunt curae, ad quas dubio procul respexiſſe, neque adeo fruſtra duo verba adhi- buiſſe


n) Tom. cit. pag. 365.

XVI

buisse Paullum, putandum est. Latet enim sub voce figurata πολιτεία singularis quedam emphasis, si omnia, quae: hic quadrant tertia comparationis, erüere velimus; sed huius non permitit instituti nostri ratio. Vide, si velis, It. Gerhardum, in LL. Theol. T.VI. edit. francof. fol. pag. 14. Sed duo tantum generatim devtroque et ποικίλος et διάστατός verbo, adiiciemus, ut videamus latissimum esse ministerii Eccles. campum: 1) *Conuenit* in viiuersum doctoribus Ecclesiasticis, ut bona docendi doctrinasque proponendi methodo gaudeant, ut genuinum Scr. S. sensum explicent, ut sacramenta iuxta institutionem Christi ad ministrent, vno, ut publice et priuatim data occasione, docent auditores, arguant, corrigant, adhortentur. 2) *Pastorum est*: ut curatiorem adhuc animarum curam gerant, ut ad ouium singularium statum et faciem omnem cogitationem conferant, easque ita obseruent et contra lupos defendant, ne vel vnica pereat anima: ut pro ouibus orent, ut eas visitent, ut re et consilio denique eas adiuuent in omnibus, quae ad fidem et salutem pertinent; ut et disciplinam Ecclesiasticam exerceant, quo omnia sicut κατὰ τὸ ζῆν καὶ ἐποχὴν εἰσὶν, et omnia quaecunque ad fidem et pietatem ducent, studio summo obseruent. Haec sunt, quae sub his duabus vocibus continentur officia, haec sunt quae pastoribus et doctoribus incumbunt. Quodsi autem quis hunc locum ex Ier. II, 8. et Ies. LXI, II, explicare velit, ut doceat, quosdam boni ordinis caussa doctores non officio quidem ipso sed gradu tantum aliquo distinctos fuisse, illi non adeo refragabimur. o) Hoc tamen quod per Pastores, sacerdotes tantum, per doctores autem scholarum magistri soli indigitentur, nobis nondum persuadere potuimus.

Sed ecquis tamen tam stultus esse velit, ut arbitretur exinde, ac si nil faciant ad aedificationem corporis Christi, ac si nil laborent in regno Iesu, qui tantum in scholis et academiis docent? cum praestantissimum contra illorum hoc in primis tempore esse officium, nemo non cognoscatur. Nos veneramur Ministros in Ecclesiis, nos veneramur magistros in scholis et academiis, et si quis duobus his munieribus coniunctim coniunctisque viribus fungatur eum vel duplici honore dignum, cum duplum prae aliis praestet usum, praedicamus.

o) Vid. Burmannus l. c. pag. 237.



99 4 6988



ursprüngl. Stk. 1 nicht gezählt, da
Tafel nicht zu ermitteln

1317
V078

Retr. ✓



DE
ET DOCTORIBVS

CAP. IV. COMM. II.

EDIASMA

QVOD
LEVERENDO, EXCELLEN-
AMPLISSIMO QVE

M I N O

NO TELLERO,

AL. ET AD D. THOMAE

ONO MERITISSIMO,

o, qvo

AE PROFESSORIS

AORDINARII MVNVS

EMIA LIPSIENSIS

E OBLATVM,

TE ATQVE ORATIONE

OLENNI

I CABAT VR

XVII. IVL. MDCCXXXVIII.

LABVndo ATQVE DEVOTO

X H I B E T

MLETICO - PRACTICVM,

QVOD SVB

IRI MAXIME REV.

T E L L E R I

SIDIO FLORET

INTERPRETE

S R S I G K I O, KIRCHHAINA-LVS.

THEOL. STVD.

FICINA LANGENHEMIANA.